



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. V. Ex qua culpa teneatur tum conductor, tum locator.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

etiam conductorem expellere potest ex ædibus sibi locatis locator, ita potest etiam iustus de causis abire ex conductis ædibus, invito locatore, conductor, ante finitum locationis tempus, ut si ob impedimentum interveniens inhabitari ædes tales non possint, quòd spectris infestæ sint, quòd sint obnoxie incurtui hostili, quòd sint periculosa ob luem grassantem, &c. ita ut de pensione remitti illi debeat juxta proportionem temporis, quo re conductâ uti non potuit.

## §. V.

*Ex qua culpa teneatur tum conductor, tum locator?*

Respondetur, neutrum teneri, de culpa levissima, aut casu fortuito, teneri tamen utrumque de dolo, culpa lata, & levi (quia contactus hic in utriusque gratiam, conductoris scilicet & locatoris fit) nisi expresso pacto aliter inter utrumque conventum fuerit.

## §. VI.

*De permissa, vel prohibita locatione, & conductione rerum Ecclesiasticarum.*

Quòd non possit ad vitam recipientis, aut concedentis, vel ad longum tempus, ultra decennium scilicet, res Ecclesiastica, sine causis, & solemnitatibus à jure ad alienandas res tales, requisitis, de jure antiquo elocari, ex *Clement. 1. De rebus Ecclesie non alien. junctâ Glossâ V. ejus* patet (quia per eam jus utilitatis, sive dominium utile rei, ejusque possessio translata censetur) ad modicum verò tempus (infra decennium

scilicet de jure antiquo) sine solemnitatibus à Prælato Ecclesie locari posse, ex *cic. Clement. 1. §. cap. ult. De Prælati vices suas. &c.* cum per talem locationem ad breve tempus nec dominium utile, nec jus aliquod ab Ecclesia in conductorem, nomine Ecclesie decantans fructus v. g. colligentis, transferri censeatur. Jure tamen novo in *Leo vag. Ambitiosa. Vnic. De rebus Ecclesie non alienandis: inter communia rerum Ecclesiasticarum elocatio sub futuris prohibita est, si fiat (sine solemnitatibus scilicet) ultra triennium (sive scilicet) quæ constitutio sine dubio locari debet, in quantum in aliquo recepta est. Neque enim in talibus locari ultra triennium elocari prohibetur, ultra triennium v. g. utiliter elocari potest, pacto scilicet, ut finito primo triennio ad secundum triennium elocatio desinere facta censeatur (cum pactum tale sine fraudem legis prohibentis elocatum ultra triennium factum) ita ut non tamen saltem quoad excessum, cum in casu utile per inutile, à quo separari potest, vitari non debeat. Fructus tamen decimarum v. g. aut aliorum reddituum Ecclesiasticorum Laicis etiam, qui elocare possint beneficiati, pro pensione annua, ultra triennii tempus, vel etiam ad vitam concedentis ex *capit. Pistor. h. 2.* patet, cum per talem locationem neque jus aliquod in conductorem transferatur, neque Ecclesie præjudicetur.*